

toties leges negliguntur, nisi Vestra A.
O. O. H. patientia et grauitate abuterer.
Saltem vnicam et quae propria simul
causa esse solet, intactam transire nequeo.
Hanc vero in eo positam arbitror, quod
plerumque cognitio atque scientia earum
disciplinarum, vel ab his, qui gentibus
imperant, vel ab iis, quorum consiliis,
aptitudini et autoritati publicae causae
commissae, negligantur. Quid mirum
si illotis manibus quis ad negotium ac-
cedit, qui ob imperitiam, inscitiamque
suam facile errare, atque errando alios
laedere, legesque atque iura, quae igno-
rat, transgredi non modo potest, sed vel
adeo debet, cum qualiter iuste agendum
sit ignoret. Sicut priuatorum et ciuium
causae haud raro ab imperitissimis igna-
rissimisque hominibus corrumpuntur at-
que perueruntur; ita facile idem con-
tinget, si genti a consiliis ii sunt, qui in-
eptissimi ob negle~~c~~tam rerum scientia-
rumque peritiam ad imperandum pu-
blicasque causas tractandum. Delectan-
tur haud raro ii, qui se aliquando causis
publicis sunt mancipaturi studiis, quae
ad voluptatem faciunt, quae aures titil-
lant,